

totum Sacramentum: aliàs partem duntaxat  
ejus. Symbola videlicet visibilia & externa, signi  
termino describere.

26. *Ἀμφιβολίας* istius ratio ex eo dependet,  
quia Sacramenta non tantum tota signant seu  
significant aliquid extra se, fractum nimirum  
sive usum, cuius respectu signa dici meruerunt:  
Quemadmodum Circumcisio tota signat Aposto-  
lo teste Circumcisionem ἀχειρωποίητον: Ba-  
ptismus totus signat regenerationem.

27. Verum etiam quia res Sacramenti visibi-  
lis & externa, ut quæ sensibus subiacet, nec pri-  
marium illud est bonam, propter quod Sacra-  
menta instituta sunt, signum dici consuevit rei  
invisibilis, ut, quàm certò res externa & visibilis  
oculis conspicitur, tam certò cœlestem alteram,  
quantumvis invisibilem adesse & verò conferrì  
credamus.

28. Quæ causa est, quòd Scriptores Ecclesia-  
stici haud rarò, externa Elementa & Symbo-  
la, Sacramenta etiam appellant: non quidem  
sensu Calvinistico, quasi hæc Elementa omnem  
Sacramenti rationem in se contineant: Sed re-  
spectu rei invisibilis, atque bonorum invisibili-  
um, quæ in Sacramentis exhibentur, quorum  
signa visibilia atque externa, Elementa illa esse,  
haud malè statuitur.

29. Particularis hæc vocabuli signi, pro parte  
nimirum terrena & externa Sacramenti, ac-  
cepta